

deuorantes oculos omnes admiratione coniiciunt . Tui patrocinij sub umbra excocta , perfectionemque sortita , austерitatem exuent , insuauitatem deponent stypticam , ut edoceantur omnes , tanti virtutum Solis umbram ipsam esse preferuidam . Te ingenuitate , liquiddissimo candore , moderationeque animi , doctrina admirabili , atque incredibili integritate , iustitiaque penè inaudita , Heroëm præclarissimum , Moderatorem præfulgentissimum obstupent , admirantur omnes , penè Indigetem prædicant . Qua charitate , qua integritate , qua æquitate gubernas ! Tuæ subiecti auctoritati , Te commendant , extollunt laudibus , prosequuntur amore , gratissimos patiuntur mores ; tuique se iactantes adoptatos filios , tanto Gubernatore superbiunt . An magni de PLASTENA Viri publica ad officia peregrediè , feli .